

Franckesche Stiftungen zu Halle

Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio IX. in I. Cor. IV. 3. 4.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:obv:ha33-1-216539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:obv:ha33-1-216539)

los refutat, qui de Christo tacente ac meditabundo hic cogitant, illos tam graviter errare putat, quam Poetas, de suis Sophis putantes, quod aliorum intenti Phantasia inani ductu digito uno scalpant caput; Uterius progreditur *Beza*, qui de explicatione hujus dicti desperans quasi, hujus historiae authenticam, in dubium vocat, novum illi & insolens esse videtur, neque conicere potest, quomodo possit satis commode explicari, cum nullibi legatur similiter egisse. Leve sane argumentum, nullibi legitur sputo oculos coeci, esse sanatos præter Jo. IX. 6. inlasse Servatorem discipulos præter Joh. XX. 22. ergo hæ historiae sunt suspectæ? Nulla consequentia. Lege nomina illorum, qui de historiae hujus authenticam dubitarunt, una cum vindictis ejusdem in *D. Jo. Adami Scherzeri* diatribæ: *De Historia adulteræ* Sect. I. p. [m.] 3-12. Alii aliter explicare rem volunt, conjecturis indulgentes, *Maldonatus* alique putant, meditantis instar characteres nihil significantes illum duxisse; alii audaciores sunt omnibus, non aliter ac si præsentibus adstitissent, determinantes dicta quæ scripserit, ut: Dan. V. 25. apud *Lyserum*, alii verba: *Wer ohne Sünde ist &c.* alii cum *Ambrosio* illud Jer. XXII. 29. 30. alii Matth. VII. 3. alii cum *Hieronymo* L. II. contra Pel. verba Jer. XVII. 13. Ego vel ignorantiam meam hic profiterer, vel dicerem scripsisse ac hoc gestu simul indicasse, Phariseos nulla responsione dignos, nec valere argumenta, pro condemnatione adulteræ ab illis allata, illos potius esse dignos, ut tanquam divinæ legis atrociores, hac muliere, violatores delerentur ex libro vitæ, ac in terram scriberentur (Jer. XVII. 13.) quam ἐν τοῖς ἁγανοῖς & βιβλῶ ζωῆς Luc. X. 20. Phil. IV. 3.

Observatio IX. in 1. Cor. IV. 3. 4.

E Adem παῖρησία, qua *Jobus* in V. *Paulus* in N. T. utitur. Invaserat Corinthios tanta præjudiciorum pestis, ut humanorum affectuum turbine in gyrum quasi circumacti, alii Pauli, alii Apollinis, non aliter ac Philosophiæ gentilis discipuli, alii Aristotelici, alii Platonici alii Stoici, esse mallent. Judicia inde nascebantur sinistra, immatura, præcocia, coeca, de hoc vel illo doctore, hunc deificantes, alterum proscindentes. Ostendit Paulus, unicum doctoris genuini esse Criterium, *fidelitatem*, quæ corona omnium virtu-

virtu-

virtutum, lapis lydius, hæc, si in doctore resideat, rem sese optime habere. Quod si vero nihilominus judicare vellent, perinde esse, siue ab iis laudetur aut vituperetur, dummodo, quod omnia penetrat Numen, istum judicans γνήσιον deprehendat, ἐμοὶ δὲ, inquit, εἰς ἐλάχιστον ἐστὶ. κ. τ. λ. ἵνα hic idem est *ac quamvis*, Jo. XV. 8. ἀναγκῆς-*στα* vox est forensis, significans, *questionem habere de aliquo*. Luc. XXIII. 14. ἀνθρῶπινῃ ἡμέρᾳ Hieronymo videtur *Cilicismus*, ut *dies* idem notet ac *judicium*, quibus Cilicisms & annumerat illud 2. Cor. XII. 13. 14. κατενέγκησα, καταβραβεύειν, Col. II. 18. item 1. Cor. XIII 4. 2. Cor. XI. 8. Rom. VI. 19. refutata hæc Hieronymi sententia, in *Epistola ad Algasiam* T. III. quæst. X. f. 172. proposita, præter multos, à viris celeberrimis, *Stolbergio in tract. Exercitationum Græcæ linguæ à Contr. Sam. Schurtzseischio*, publicato p. 113. seq. & 121. *M. Georg. Jo. Henckio*, diff. sub præsidio Patroni æternum colendi, *D. Jo. Henr. Michaelis* habita sub tit. *de Textu N. T. Græco*. Halæ 1721. recusa §. 18. p. m. 35. *M. Jo. Fried. Gublingio* diff. de locutionibus sacris ex *palestra Græcorum veterum repetitis* Witteb. 1726. p. m. 7. *M. Laurentii Mulleri* diff. de *stilo Idiotico scriptoribus N. T. ac præcipue Paulo à Criticis adfæcto Schleusingæ* 1718. sect. II. p. m. 26. seqv. *M. Jo. Godofr. Cleemanno* diff. in Coll. III. 15. sub tit. *de pace in cordibus fidelium βραβεύσασα*, præside *D. Gottlieb Wernsdorffio* Witteb. 1725. §. 7. p. m. 17. & quod nostram phrasin attinet à *Cl. Schöttgenio* in diff. de ἀνθρῶπινῃ ἡμέρᾳ, §. 11. Aliis rectius videtur, ad Ebræam recurrere linguam, in qua *dies pro judicio sæpe sumitur*, ut *dies domini* plerumque *diem judicii divini* & *gravissimarum pœnarum ex justis Dei judicio immisissarum*, significet. Es. XIII. 6. Joel. I. 15. coll. c. II. 1. 2. Amos V. 18. Zeph. II. 2. & in N. T. ἡμέρα τῆς κυρίας. Act. II. 20. 1. Tess. V. 2. Notetur insuper in ejusmodi locutionibus ellipsin esse, *dies domini*, i. e. *judicii domini*, *dies humanus*, i. e. *dies judicii humani*, sic *clavis David*, i. e. *clavis domus David* Es. XXII. 22. *Mons domini* i. e. *Mons domus domini Zach.* VIII. 3. sensus est, nihili facio *judicia humana*, innuit simul tacite (1) *diem melioris judicii instare* Actor. XVII. 31. (2.) dum ea *judicia humana* vocat, misera illa, infirma, egena, ex ignorantia, præjudiciis orta, esse, adeoque nihil æstimanda, nec metuenda, quo sen-

su vox ἀνθρώπινον, ut Ebraeorum אָנָשׁ pro vili homine aut re occurrit. 1. Cor. X. 13. addit Paulus: *me ipsum non judico*, i. e. *magni facio*, εἰς ἐλάχιστον ἐστὶ, particula εἰς h. l. abundat. Ebraeorum more conf. Hag. 1. 9. 2. Par. XXIX. 34. in N. T. Matth. XIX. 15. 1. Cor. VI. 16. Ebr. 1. 5. fundamentum hujus parrhesias est: ἔδεν γὰρ ἑμαυτῷ σύνοιδα. En elegantissimum parallelismum in verbis Jobi & Pauli. En harmoniam majorem, quam in Organi tibiis, uno spiritu perflatis. Nitorem hujus locutionis ex Platone ostendit *Pfochenius de linguae Graecae N. T. puritate*. §. 130. ubi *Platonis* haec sunt verba: ἔδὲ μέγα ἔδὲ μικρὸν ἑμαυτῷ σύνοιδα. Interim, ne quis inde concludat, ergo se ab omni labe liberum pronuntiat, addit: *DEus me judicat*, cui patet cordis abyssus. Sic aestimanda sunt hominum perversa judicia, pro nullis, sc. si conscientia sit recta, judicent te alii vitiosum? feras. Quomodo enim postulabis ab illo laudari, qui minorem de virtute conceptum habet, quam caecus de colore. Nolo autem, te tantæ stupiditatis esse debere, ut ex vitii amore lusque deque habeas famam, vitiis omnibus te immergas. Luc. 18. 2. cum *Euripide* teste in *Medea*, ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια, *Morborum omnium maximus sit impudentia*. Erubuit, salva res est, juxta *Plautum* in *Bacchid*. *Illum periisse puro, cui perit pudor*. Negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed & omnino dissoluti. Id volo, recte faciendo neminem timeas. Ut sis beatus, inquit *Socrates* apud *Senecam*, *Et te alicui stultum videri sine*. Ep. 71. quæ enim ratio est, in amentia persistere, ne illam corrigendo amentibus amens videaris? Optime *Antoninus* de *Rebus* suis L. X. §. 11. Τὶ δὲ ἐξ εἰς τις ἢ ὑπολήψεται περὶ αὐτῆς, ἢ πράξει κατ' αὐτῆς ἔδ' εἰς νῦν βάλλεται σοφῆς, δύο τῶντοις ἀγχιμένον αὐτὸς δικαιопραγεῖν τὸ νῦν πρασσόμενον, καὶ φιλεῖν τὸ νῦν ἀπονεμόμενον ἑαυτῷ, ἀρχολίας δὲ πάσας καὶ σπῆδας ἀφῆκεν, καὶ ἔδὲν ἄλλο βέλεται ἢ εὐθείαν περαινέειν διὰ τῆς νόμου, καὶ εὐθείαν περαινόντι ἑπεσθαι τῷ Θεῷ. i. e. *Quid autem alius quisquam de ipso dicat aut sentiat, aut contra illum faciat, ne cogitat quidem sapiens*. Duobus hisce contentus, quicquid in praesentia agit, justum praestare, Et quicquid in praesentia sibi obvenit, diligere, negotiis vero studiisque reliquis omisis omnibus, nihil velit, quam